Die decimo quinto uniuscujusque mensis post missam, fit cantus in honorem B. V. Mariæ in cælum assumptæ.

Die decimo septimo uniuscujusque mensis post quadrantem lectionis communis incipit triduum menstruum in honorem S. Josephi: ultimo die canitur missa, et *Te Joseph* post actum consecrationis.

Ultimus dies dominicus uniuscujusque mensis fit recessus mensalis titul. Mariæ Immaculatæ.

Omnibus diebus mercurii uniuscujusque hebdomadæ, fit collatio pia cum omnibus scholasticis.

Omnibus diebus sabbati instructionem doctrinalem accipient per semihoram omnes Grammatici et Philosophi.

TABULA DUODECIMA.

NONNULLA SINGULIS MENSIBUS EXTRAORDINARIA.

Mense Januario.

Die I. Ut in festis absque expositione: post jentaculum ut in feriis Nativitatis: post Sacrum et Vesperas divini Pueri adoratio. Ludi scenici.

VI. Ut in festis absque exposit. Post Sacrum et Vesp. divini Pueri simulacrum osculo adorantur. Hora quinta cum dimidio selectarum operum recitatio.

XXXI. Supplicationi tridendiali in honorem D. N. Mariæ Puerperæ perlitantis initium est; et juxta morem post piæ lectionis quadrantem incipit. Valet hæc regula in omnibus Triduis et Novendialibus, nisi aliter notetur.

Mense Februario.

Die II. Purificatio B. M. Virginis ut in fest, cerei rite lustrati singulis dispertiuntur. A meridie hora prima cum dimidia in sacra ædicula perfectissime ornata in honorem B. M. Virginis Puerperæ perlitantis concentus habetur. Filii B. M Virginis sacellum in ejus honorem exornabunt meliori modo quo possunt. Hoc die Coll. Superior, duobus commitantibus Alumnis, cereum offert Archiepiscopo Coll. Protectori.

Primo die bacchanalium sacrum sollemne; Christus in Eucharistia adorandus proponitur. Post Vesperam e suggestu de eodem habetur; et post quadrantem de meditatione ab eo stantes benedicti dimittuntur.

Feria secunda et tertia ut in diebus communibus.

Feria quarta jejunii quadragenarii initium est: in templo cinere rite piato viritim A. A. insperguntur.

Feria sexta via-crucis, quæ etiam fit per omnes dies feriæ sextæ quadragesimæ.

Mense Martio.

VII. Festivitas S. Thomæ Aquinat: ut in festis. Magna festa in honorem S. Thom. Aquinat. N. P.: ideoque hora decima in sacra Ædicula magnifice ornata orationes et hymni ab A. Ai dicuntur ac etiam a magistris si illis placet.

Prandium cum recreatione.

X. Incipit supplicatio novendialis in honorem B. Joseph De Parentis viri. Hisce diebus quotidie Sacrum sollemne fit hora sexta.

XIX. S. Josephi Patroni totius Ecclesiæ atque specialissime hujusce Colleg. Ut in fest. sollemnio. A. Rvmo. Archiepiscopo Christi Corpus sumunt A. A. Sub vesperum corona recitatur ac cetera fiunt ut in Sollemnioribus. Sub noctem vero sollemnia in Contubernio grammaticorum.

XXV. Festivitas Annuntiationis V. Mariæ ut in fest. A meridie hora prima cum dimidio in sacra ædicula elegantissime ornata in honorem B. Virginis concentus habetur.

Mense Aprile.

I. Hac die post recreationem meridianam Theologi, qui sua concione honorare debent B. Virginem proximo mense ei dicato, a Superiore nominantur; et etiam qui concionari debent aliis anni diebus.

Die Dominica Palm. hora septima ante Sacrum Soll. sacri ramuli singulis distribuuntur. Reliq. ut in fest. excepto catech. et Exposit.

Feria II majoris hebd. hora sexta incipit sacer recessus omnium A. A. ad sancta rite libanda e Mensa Paschæ, et in sacra ædicula lugubre ornata canitur hymnus *Veni Creator.*—Meditatio—collatio pia—conscientiæ discussio. Hora VIII cœna et post secundam mensam generalis consc. discussio et dormitio.

Feria III fit recessus spiritualis cum confessione annua.

Feria IV hora IX cum quadrante finem recessui imponitur et fit deambulatio. Hora III cum dimidio recreatio; hora IV cum dimidio incipient in sacra ædicula lugubres cantus in Christum extrema patientem.

Feria V a Coll. Rect. P. P. omnes et A. A. in templo cœlesti epulo reficiuntur ob Paschatis Sollemnia. Hora XI studiis vacatur: hora II post meridian. *Mandatum:* hora III recreatio: hora IV studiis vacatur. Sub noctem in T. moesté ornato lugubres cantus ob memoriam sepulturæ D. N. Jesu Christi.

Feria VI expergefactio hora V; post Viam-crucis jentaculum; hora VI cum dimidio lugubres cantus hoc die præscripti peraguntur, hora XI et hora II post meridiana studiis vacatur; hora III cum dimidio recreatio. Hora IV cum dimidio lugubres cantus in sacra ædicula. Sub noctem pia oratio ob memoriam Mariæ D. N. perdolentis.

Sabbato expergefactio hora V; post meditationem jentaculum et horas canonicas, hora autem VII in T. rite omiubns

quæ fieri solent peractis, Sacr. Soll. fit. A Magistro Spiritus domus tota salutari aqua lustratur. Hora XI studiis vacatur: reliqua ut in solemnioribus.

XX. Hoc die et duobus sequentibus triduum fit in honorem Divi Josephi Custodis Divini Infantis ad ejus Patrocinium circa Coll. ejusque A. A. efficacissime implorandum.

XXX. Sub nocten mensis Mariani initium est. Hora VII loco piæ lectionis, conscientiæ discussio, cœna, recreatio et hora VIII quotidie fiunt exercitia mariana, Collatio circa laudes et protectionem B. Mariæ Virginis atque cantus.

Mense Majo.

Dominica III post Pascha sollemnis festivitas Patrocinii S. Josephi ut in soll.

Die Ascensionis D. N. J. ut in fest; sed hora XI, prandetur: hora XII cum Venerabilis exposit. canitur nona et post recreationis semihoram studiis vacatur usque ad Vesp.

XXXI. Mane ut in fest. soll. Post Sacrum receptio Filiorum Mariæ. Post jentaculum cum recreatione in sacra ædicula elegantissime ornata, Magistratus Cong. Marianæ renunciantur; et facta electione vel prandium fit vel recreatio. Hora I postm. in ædicula concentus habetur: hora II studiis vacatur. Relect. de more ut in diebus comm. Hac die exercitia sabbatina, casus, circuli, repetitiones aut relectiones clauduntur.

Mense Junio.

Feria II post Pentec. ut in fest. Fit deambulatio per duas horas: hora VI studiis vacatur.

Fest. SS. Corporis D. N. J. Hora VI fit Sacrum sollemniori ritu coram Venerabili supplicationis causa adstantibus proposito. Post. Vesp fit Processio per domum ditissime et elegantissime ornatam.

Primo die Dominico post S. Aloysium fit ejus fest. ut in sollemnior. In sacra ædicula optime ornata Sacrum fit per Patrem Spirit., ibique A. A. sancta de Altari libant. Sacrum sollemni ritu fit. Hora III psalm. vespert. Triduum et concio in honorem S. Aloysii fit a Theologo nominato. Ante Sacrum Soll. itemque ante prandium atque ante Vesp. et cœnam studiis vacatur per semihoram. Post jentaculum ad catech.

Mense Julio.

XIX. Hora V expergefactio: hora VI in templo pretiosissime ornato sacrum operaturus accedit Revmus. D. D. Archiepiscopus ut A. A. sancta de altari libent: reliqua ut in festis. Vespere autem hora IV fit soll. præmiorum distributio á Revmo. D. D. Pelagio Antonio de Labastida et Dávalos, atque ejus munificentia libentissime dicata. Hora VII. Gratiarum persolvendarum causa hymnus Eucharisticus occinitur pro felici anni scholastici exitu.

Mense Augusto.

VI. Supplicationi novendiali in honorem B. V. Mariæ sideribus receptæ hoc die initium est. Coll. comunis.

XV. Ut in fest. A meridie hora I cum dimidio in sacra ædicula concentus in hon. et laudem B. V. M. Hora V. cum dimidio poëticarum operum recitatio illorum qui de laudibus, virtutibus, privilegiis et meritis illius locuti sunt.

XXX. Hac die incipiunt preces novendiales in honorem B. M. Virginis nascentis.

Mense Septembri.

VIII. Ut in fest. A meridie hora I cum dimidio in sacra ædicula ornata concentus habetur. Sub vesper. incipiunt exercitia spiritualia juxta ordinem præfixum.

XIX. Hora X matutina Spiri. S. numen pro anni scholastici initio hymno advocatur.

Mense Novembri.

II. Comm. Omn. fidel. defunctorum. Sodalibus Josephis vita functis funebres cantus psalmorum et Sacrum sollemn. in expiationem. Hora II studiis vacatur: cetera ut in communibus.

XXIX. Incipit in templo supplicatio novendialis in hon. D. N. M. ab origine Immaculatæ.

Mense Decembri.

VII. Cœna cum recreatione hora VI; hora VII Sollemnius Offic. matut. in hon. Immac.

VIII. A. A. hora VI J. C. Corpus ab Archiepisc. celebrante summunt in templo festo cultu ornato. Hora VIII Tertia. Post Sacrum sollemn. fit Filiorum Mariæ receptio. Per horam ante prandium privatis studiis vacant. A meridie hora XI Magistratus Sodalit. Marianæ renuntiantur, atque, electione facta, sub vesperum sollemnia in sacra ædicula et in contubernio Philosoph. post cœnam. Hora V cum dimidio studiis privatis vacatur. XVI Hoc die......

XVI. Vespere ut in Sabbatis absque Schol. A. A. Moderatoribus atque Lectoribus suis fausta quæque adprecantur. Hora VII cum dimidio cœna cum recreatione: hora IX sollemnius officium matutinum concinunt. Sacrum soll. Ad Christi mensam accedunt. Peracto Sacro, divini Pueri Jesu carmina festiva lingua vernacula prosequuntur; iisque absolutis cubitum eunt.

XXV. Hora VII expergefactio, preces et jentacul. cum recreatione. Hora VIII cum dimidio sacrum soll.; hora VII post-

merid. cœna apponitur et post secundam mensam cubitum itur. Cæter. ut in soll.

XXXI. Sub noctem et post cœnam S. S. Sacramento supplicationis causa in templo proposito oratio e suggestu habetur. Hymnus Eucharisticus in gratiarum actionem pro anno elapso occinitur.

TABULA DECIMA TERTIA.

Agenda circa res litterarias.

Feria II post. Dominicam Palmar. a merid. incipiunt feriæ maioris hebdomadæ; et usque ad feriam II post Pascha inclusive continuabuntur.

Die I Mercurii mensis Junii fit Collatio spiritualis, ad experimenta studiorum præparanda.

Die XXVIII mensis Junii hora IX matutina de more incipiunt experimenta privata studiorum. Ab insto die usque ad XXVII Julii studiis vacatur, sed recreatio fit hora IX matutina et post meridiem hora IV per integram horam cum quadrante.

Die VIII Julii deambulatio fit per tres horas.

Die IX Julii incipiunt publica studior. experimenta a D. D. Archiepisc. honorata. Hac die et ceteris similibus duo Diaconatus ordine insigniti domum Archiepiscopal. petent, quo se Illmo. Dno., comites præbeant dum ad sollemni alumnorum periculo præsidendum veniat. Si vero alium in suum locum sufficiat rhedam conscendent, illi offerent, ac etiam comitabuntur.

Die XVIII Septembris præparatio ad novum curriculum.

Die XIX hora X matutina de more aperitur novum litterarium curiculum. Vespere deambulatio per tres horas.

Die XXII incipiunt repetitiones, relectiones et Circul.

Die XXXI Octobris a meridie ut in Sabb. ratione sollemnitatis.

A primo die Novembris incipiunt litteraria exercitia sabbatina, quæ lingua latina fieri debent.

A die XVI Decembris diebus quibus non jejunatur, post functionem novendialis, dulciariorum distributio fit in loco recreationis.

TABULA DECIMA QUARTA.

Agenda circa extraordinarias recreationes.

Diebus XXVI et XXIX Decembris ac primo et VI Januarii fiunt ludi scenici.

Diebus XV Augusti; XXV Martii, XXVII, XXVIII, XXX et XXXI Decembris locum habet selectorum operum recitatio lingua vernacula.

Diebus II Februarii, XXXI Maji, VIII Septembris, XV Augusti ac XII Decembris fiunt concentus musici.

ORATIO SANCTI THOMÆ DE AQUINO ANTE STUDIUM.

Creator ineffabilis, qui thesauris sapientiæ tuæ tres Angelorum hierarchias annotasti, et eas super cælum empyreum miro ordine collocasti, atque elegantissime partes universi distribuisti: tu, inquam qui verus fons luminis et sapientiæ diceris, atque supereminens principium; infundere digneris super intellectus mei tenebras tuæ radium claritatis duplicem, in quibus natus sum, a me removens tenebras, peccatum scilicet et

ignorantiam qui linguas infantium facis esse disertas, linguam meam erudias, atque in labiis meis gratiam tuæ beneditionis infundas. Da mihi intelligendi acumen, retinendi capacitatem, interpretandi subtilitatem, addiscendi facilitatem, loquendi gratiam copiosam, ingressum instruas, progressum dirigas, egressum compleas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CAPITULO XIV.

FUNDACION DE DIVERSAS CASAS DE LOS MISIONEROS DEL SEÑOR SAN JOSÉ.

A medida que el Clerical iba creciendo en personal, espíritu y saber eclesiástico, é iba teniendo nuevos medios de subsistir, íbamos conociendo tambien la necesidad de recibir en el Clerical á sólo los niños que junto con la inocencia de edad tuviesen la vocacion para el sacerdocio. Esto nos hizo pensar, siguiendo el espíritu del Santo Concilio de Trento, en la necesidad de fundar un Colegio Preparatorio para el Clerical, donde los niños recibieran con perfeccion la instruccion primaria y aun que cursaran en él Latinidad tan pronto como sus adelantos así lo requiriesen; porque la corrupcion de costumbres, que todo lo iba invadiendo, hacia que fueran muy raras las vocaciones para el estado eclesiástico, así como que una gran parte de los que se presentaban no podian inspirar la confianza conveniente, para introducirlos en los estudios eclesiásticos.

Muy convencido de estas razones nuestro Ilmo. Sr. Arzobispo, hizo de tal suerte suya esta idea, que despues de algun tiempo, cuando la experiencia demostró la utilidad del plan propuesto, él mismo nos facilitó una casa, la cual fué arreglada á sus expensas, pudiendo contener sesenta niños internos; y de hecho tal es el personal que tenia dicha Casa aun en Julio del año de 1885. En este Colegio Preparatorio del Clerical estaban recibiendo sus alumnos una educacion tan esmerada, católica y propia de su edad, que teniamos positivas esperanzas, de que ese plantel que entonces comenzó, seria á su debido tiempo con toda realidad, un verdadero establecimiento conforme el plan propuesto, es decir, un Colegio Preparatorio para el Clerical; con lo cual podria éste recibir en su seno á jóvenes que, segun el Tridentino, fuesen educados eclesiásticamente; lo cual se verificó con tanto mayor fruto, cuanto que eran recibidos antes que el hombre enemigo hubiese sembrado en su corazon la zizaña del vicio, arrancándoles en un instante la venda preciosa de la inocencia.

Ademas, deseosos de hacer el bien á los niños pobres, cuyos padres no pueden disponer de gasto alguno, para la educacion de sus hijos, fundamos una escuela Josefina á honra y gloria de nuestro Santísimo Patriarca, en la cual ademas de la instruccion primaria, se enseñara á sus alumnos principalmente la religion; y de este modo se pusiesen á salvo de los errores dogmático-morales que por desgracia se enseña en las escuelas del gobierno. Nuestra escuela Josefina que en 1883 estaba situada en los bajos del Colegio Preparatorio, tenia mas de trescientos cincuenta (350) alumnos; y si bien es verdad que en la estacion de las aguas disminuye algo la asistencia de los niños las clases, pero era como tambien sucede siempre aun en las del gobierno.

En Huichapan fué donde se establecieron tambien los Misioneros Josefinos con un nuevo Colegio Preparatorio para que él nos sirviera para aprovechar las vocaciones que de aquellos lugares nos diera el Señor para el estado eclesiástico; y no obstante de haber habido tales cambios, tales contradicciones, y tantas dificultades que al parecer todo habia de haberse perdi-